[88] X 4.3.3 *Cum inhibitio* [89] nota 5 [90] nota 6 [91] X 4.1.9 *Ex parte* **[19]** [92] C.22 q.2 c.6 *In quibus rebus* [93] *Dig.* 2.1.15 *Si per errorem* [94] X 4.9.2 *Proposuit* [95] X 4.9.4 *Ad nostram* [96] X 4.10.1 *Indecens* [97] nota 96 [98] X 4.9.3 *Licet* [99] C.29 q.2 c.4 *Si quis ingenuus* [100] C.29 q.1 pr. *Quod autem*

Universidad Pontificia de Salamanca

Antiqui autem errorem notant per uerbum ‘conditio’ sed quod dictum est magis placet. Hos scilicet omnes errores concludi sub hoc uerbo ‘error’. Illud autem uerbum ‘conditio’ exponitur ut statim sequitur.

**<20>** CONDITIO licita si apposita fuerit in matrimonio uel alio contractu nisi seruetur non est matrimonium nisi ab ea fuerit recessum per subsecutum purum consensum de presenti uel per carnalem copulam, ‘de conditionibus appositis’ *De illis* [101] et c(apitulo) *Super eo* [102] et c(apitulo) *Per tuas*.[103] Impossibilis autem uel illicita conditio que non est contra naturam matrimonii habetur pro non adiecta, e(odem) ti(tulo) c(apitulis) i.[104] et fi(nale).[105]

**<21>** VOTVM solemne dirimit matrimonium, simplex impedit sed non dirimit, ‘qui clerici uel uo(uentes)’ c(apitulo) iii.[106] et c(apitulo) sequenti.[107] Dicitur autem solemne efficax quoad dirimendum matrimonium uel per susceptionem sacri ordinis uel per professionem tacitam aut expressam factam alicui de religionibus approbatis ut ‘de uo(to) et uo(ti) redemp(tione) c(apitulo) uno Lib(ro) VI.[108]

**<22>** COGNATIO est triplex. Scilicet spiritualis, carnalis et legalis.

### [I. COGNATIO SPIRITVALIS]

Spiritualis est attinentia proueniens ex sacramenti datione, uel ad id detentione, unde si compater contrahit cum commatre dirimit matrimonium: ‘de cognatione spirituali’ *Martinus* [109] et c(apitulo) *Veniens*.[110] Hoc uerum si compaternitas precessit matrimonium ut ibi,[111] secus si fuit secuta quia tunc non separatur matrimonium e(odem) ti(tulo) *Si uir*,[112] imponitur tunc penitentia id dolose facienti e(odem) ti(tulo) *Contracto*.[113]

Et scias quod si alter coniugum matrimonio consummato leuat puerum de sacro fonte ambo sunt compatres parentibus infantis, e(odem) ti(tulo) *Martinus*.[114] Si autem filius alterius coniugum tantum leuatur de sacro fonte non propter hoc alter, cuius non erat filius, fit compater leuanti. Idem si post

**[20]** [101] X 4.5.3 *De illis* [102] X 4.5.6 *Super eo* [103] X 4.5.7 *Per tuas* [104] X 4.5.1 *Quicunque* [105] X 4.5.7 *Si conditiones* **[21]** [106] X 4.6.3 *Meminimus* [107] X 4.6.4 *Consuluit* [108] nota 64 **[22]** [109] X 4.11.4 *Martinus* [110] nota 51 [111] notae 109-110 [112] X 4.11.2 *Si vir* [113] X 4.11.5 *Contracto* [114] nota 109

Universidad Pontificia de Salamanca

compaternitatem tecum contractam contraxi cum uxore uel prius contractum matrimonium consummaui, quia uxor predicta tunc non efficitur tibi commater, quia per unionem carnis sequentem non transitur in unionem spiritus precedentem: xxx. q(uestione) iiii. *Post uxoris obitum*[115] et ibi in sum(mario), [116] et in predicto c(apitulo) *Martinus*.[117]

Et quod dixi de compaternitate quod dirimit intelligas de illa que contrahitur per baptismum uel confirmationem in fronte. Compaternitas autem contracta per alia sacramenta que precedunt baptismum, puta cathecismum, impedit sed non dirimit: 'de cogna(tione) spi(rituali)' c(apitulo) i. Li(bro) VI.[118] Ceterorum uero sacramentorum collatio non impedit nec dirimit matrimonium, eo(dem) tit(ulo) et Li(bro) c(apitulo) fi(nale),[119] et eo(dem) tit(ulo) c(apitulo) *Contracto*.[120]

Et sicut compatres contrahere non possunt, sic nec filii eorum per quorum utrumque uel alterum eorum est ad compaternitatem deuentum. Et scientes contrahi denuntiare debent Ecclesie, e(odem) ti(tulo) *Tua*.[121] Et si contraxerint, dirimetur matrimonium, e(odem) ti(tulo) c(apitulo) i.[122] et c(apitulo) *Super eo*,[123] et c(apitulo) i. 'qui matri(monium) accus(are) possunt'.[124] Si autem per neutrum eorum ad compaternitatem est deuentum, non dirimitur matrimonium nisi consuetudo esset contraria, e(odem) tit(ulo) *Super eo*.[125] Suscipiens tamen potest contrahere cum filia compatris dum non sit filia spiritualis, ut xxx. q(uestione) iii. c(apitulo) fi(nale).[126] Et sic uidetur quod leuans potest contrahere cum sorore leuate.

Et scias quod sicut compaternitas contrahitur inter leuantem et leuatum et eius parentes, sic inter baptizantem et baptizatum et eius parentes et confirmantem uel confirmatum, e(odem) ti(tulo) c(apitulo) i. Lib(ro) VI.[127]

Vnde nota xx. sunt casus in quibus cognatio spiritualis impedit et dirimit matrimonium: <i> inter baptizatum et leuantem, <ii> baptizatum et filios leuantis, <iii> baptizatum et coniugem leuantis prius tamen cognitam, <iv> inter parentes baptizati et coniugem leuantis prius cognitam, <v> inter leuantem et parentes leuati, <vi> inter baptizantem et baptizatum, <vii> baptizatum et filios baptizantis, <viii> baptizatum et coniugem baptizantis prius cognitam. <ix> Inter coniugem baptizantis prius cognitam et parentes baptizati, <x> inter baptizantem et parentes baptizati. <xi> Item inter confirmatum et leuantem, <xii> confirmatum et filios leuantis, <xiii> confirmatum et [*sic* est] coniugem leuantis prius cognitam, <xiv> leuantem et

[115] C.30 q.4 c.5 *Post uxoris obitum. Haec autem auctoritas summarium habet* 'De eodem' [116] C.30 q.4 c.4 *Qui spiritualem. Hic autem summarium dicit in edR* I.2067-68 *et edF* I.1103*:* Vxorem compatris ducere potest cuius ipsa commater non fuerit [117] nota 109 [118] VIº 4.3.1 *Nedum* [119] VIº 4.3.3 *Quamvis* [120] nota 113 [121] X 4.11.7 *Tua nos* [122] X 4.11.1 *Vtrum* [123] X 4.11.3 *Super eo* [124] X 4.18.1 *Relatum* [125] nota 123 [126] C.30 q.3 c.7 *Illud* [127] nota 118

Universidad Pontificia de Salamanca

parentes confirmati. [<xv> Inter tenentem et parentes confirmati, <xvi> inter confirmatum et confirmantem, <xvii> inter confirmatum et filios confirmantis, <xviii> inter confirmatum et coniugem confirmantis prius cognitam, <xix> inter parentes confirmati et coniugem confirmantis prius cognitam, <xx> inter confirmatem et parentes confirmati.] [128]

Et per parentes supra dictos intellige patrem et matrem. Hoc probatur e(odem) ti(tulo) *Martinus* [129] et c(apitulo) fi(nale) [130] et e(odem) ti(tulo) c(apitulo) i. Lib(ro) VI.[131]

### [II. COGNATIO LEGALIS]

Cognatio legalis que est proximitas per adoptionem proueniens tres prohibitiones habet: unam temporalem et duas perpetuas. Temporalis est quia frater carnalis non contrahit cum sorore adoptiua durante adoptione, sed ea finita puta per emancipationem bene contrahit: 'de cogna(tione) lega(li)' c(apitulo) uno.[132] Alia est perpetua, scilicet inter adoptantem et adoptatum [*sic* optatum] etiam soluta adoptione: ff. 'de ritu nup(tiarum)' *Adoptiuus* [133] et l(ege) *Quin etiam*.[134] Tertia est perpetua, scilicet inter uxorem adoptantis et adoptatum [*sic* optatum]: ff. 'de ritu nupt(iarum)' l(ege) *Adoptiuus* [135] id respon(detur) et cetera.

### [III. COGNATIO CARNALIS]

Cognatio carnalis in iiii. gradu consanguinitatis et affinitatis uel citeriori dirimit matrimonium, 'de consang(uinitate)' *Non debet*.[136] In v. autem uel ulteriori licite contrahitur ut ibi,[137] sufficit autem quod unus contrahentium excedat quartum gradum licet alter sit in quarto uel citeriori, e(odem) ti(tulo) *Vir qui* [138] et c(apitulo) *Quod dilectio*.[139] Et hoc de iure nisi dispensaretur per Papam, pone cum Anglicis. Quod possent contrahere in quarto gradu requiritur quod uterque distat quarto, maxime ubi consuetudo hoc approbat: eo(dem) ti(tulo) *Quod dilectio*,[140] et per Papam, quia inferior non posset:

[128] *Hic autem inter* [ … ] *habes omissa per homoteleuton* 'et parentes confirmati'. *Et omnia verba* 'Vnde nota xx. sunt casus — et parentes confirmati' *sunt additae ab alia manu in codice* BAV *Urb. lat.* 160 fol.1vab [129] nota 109 [130] VIº 4.3.3 *Quamvis* [131] nota 127. *Et omnia verba* 'Et per parentes – c(apitulo) i. Lib(ro) VI' *sunt additae ab alia manu in codice* BAV *Urb. lat.* 160 fol.1vab *et etiam continuatur additio sic:* 'Et scias quod licet unus solus debeat leuare in baptismo et in confirmatione, si tamen plures leuant, contrahitur cognatio quo ad omnes e(odem) ti(tulo) c(apitulo) fi(nale) Li(bro) VI [= VIº 4.3.3 *Quamvis*]' [132] X 4.12.1 *Si qua* [133] *Dig.* 23.2.14 *Adoptivus* [134] *Dig.* 23.2.55 *Quin etiam* [135] nota 133 [136] X 4.14.8 *Non debet* [137] nota 136 [138] X 4.14.9 *Vir qui* [139] X 4.14.3 *Quod dilectio* [140] nota 137. *Hic autem ampliationem habent aliquae editiones sic*: quod uterque distat quarto: ratio potest esse quia cum dispensatio exhorbitat a iure communi est odiosa, immo restringenda 'de fil(iis) presbi(terorum)' c(apitulo) i. Li(bro) Sexto [VIº 1.11.1 *Is qui*], et facit ad hoc eo(dem) Li(bro) 'de reg(ulis) iu(ris)' c(apitulo) *Odia* [VIº *De regulis iuris* 15: *Odia*] et 'de probationibus' eo(dem) Lib(ro) c(apitulo) i. [VIº 2.13.1 *Episcopum*], maxime ubi consuetudo hoc approbat

Universidad Pontificia de Salamanca

e(odem) ti(tulo) *Quia circa*.[141] Et si obtineatur dispensatio expressa falsa causa non ualeret nisi per Papam tolleraretur ut ibi.[142]

Si tamen infideles secundum legem suam coniugantur in gradu prohibito per Ecclesiam, post baptismum non separantur, e(odem) ti(tulo) *De infidelib(us)* [143] et 'de diuor(tiis)' *Gaudemus*,[144] et filii eorum sunt legitimi 'qui fi(lii) sunt legit(imi)' c(apitulo) fi(nale).[145] Dic ut ibi.[146]

**<23>** CRIMEN incestus impedit matrimonium sed non dirimit, 'de eo qui cogno(uit) consang(uineam) uxo(ris) su(e)' *Transmisse*.[147] Idem in machinatione in mortem coniugis non secuto effectu, 'de diuor(tiis)' c(apitulo) i.[148] Idem in aliis criminibus notatis per IO(HANNEM) xxxiii. q(uestione) ii. §. *Hoc quamquam* [149] et melius 'de pe(nitentiis) et remis(sionibus)' c(apitulo) ii.[150] Homicidium autem casuale non impedit matrimonium, 'de diuor(tiis)' c(apitulo) i.[151]

Vnde crimen nunquam dirimit matrimonium nisi in tribus casibus. Scilicet: <i> Quando quis adulterat et dat fidem adultere uiuente prima, 'de eo qui dux(it) in matri(monium) quam poll(uit) per adult(erium)' c(apitulo) ii.[152], alias non fuisset proprie adulterium cum secunda si non tenuisset matrimonium cum prima. <ii> Secundo, cum de facto contraxit cum adultera uiuente prima. <iii> Tertio, cum alter eorum cum effectu machinatus est in mortem defuncti. In his tribus casibus adulterium dirimit: xxxi. q(uestione) i. per totum [153] et 'de eo qui dux(it) in matri(monium) quam poll(uit)' et cetera[154] per totum.

Et hoc etiam est uerum si prima ab eo esset separata quo ad thorum tantum, e(odem) ti(tulo) *Ex tua literarum* <sic *Tuarum*>.[155] In secundo casu tamen, mortua legitima, qui de facto contraxit cum secunda ignorante de prima compellitur adherere secunde si ipsa uult, imposita sibi de delicto competenti penitentia, 'de eo qui dux(it) in matrimo(nium)' c(apitulo) i.[156] In tertio etiam casu sufficit machinatio cum effectu sine adulterio per c(apitulum) i. 'de conuer(sione) infide(lium)'.[157] Et sic ad dirimendum sufficit machinatio cum effectu aut cum adulterio, 'de eo qui duxit in matri(monium)' *Super hoc* <sic *eo*>,[158] et ibi hoc notat BERN(ARDVS). [159]

[141] X 4.14.6 *Quia circa* [142] nota 141 [143] X 4.14.4 *De infidelibus* [144] nota 59 [145] X 4.17.15 *Gaudemus* [146] notae 143-145 **[23]** [147] X 4.13.4 *Transmissae* [148] X 4.19.1 *Si qua mulier* [149] IOHANNES TEVTONICVS, Glossa *De penitentibus* ad C.33 q.2 d.p.c.11 *Hoc autem quamquam* : *edR* I.2178 [150] X 5.38.2 *Significavit nobis* [151] nota 148 [152] X 4.7.2 *Significavit* [153] C.31 q.1 : *edR* I.2077-2088 et *edF* I.1108-1112 [154] X 4.7 *De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium* [155] X 4.7.4 *Ex literarum* [156] X 4.7.1 *Propositum* [157] X 3.33.1 *Laudabilem* [158] X 4.7.3 *Super hoc* [159] BERNARDVS PARMENSIS, Glossa *Machinata* super X 4.7.3 : *edR* II.1480

Universidad Pontificia de Salamanca

**<24>** CVLTVS DISPARITAS ut cum christianus cum gentili, iudea uel pagana: xxviii. q(uestione) i. *Caue* [160] et c(apitulo) sequenti.[161] Et hec disparitas etiam superueniens matrimonium dirimit in casu, scilicet ut alter ex infidelibus <*sic* fidelibus> coniugibus conuertitur ad fidem, altero sibi nolente sine contumelia Creatoris cohabitare uel eum attrahente ad mortale peccatum, tunc poterit conuersus cum alia contrahere, alias non. Et si antequam propter dictas causas contrahat et que in infidelitate <*sic* fidelitate> permansit conuertatur ad fidem compellitur primo conuersus illam recipere: 'de diuor(tiis)' *Quanto* [162] et c(apitulo) *Gaudemus*.[163] Secus cum ex coniugibus fidelibus alter transit in heresim quia matrimonium fidelium est uerum et ratum, infidelium autem uerum et non ratum quia in supradicto casu dissoluitur. Qui ergo mansit in fide contrahere non potest, alias sepe simularet alter coniugum heresim ut matrimonium separetur. Inde est quod quandocumque redeat ille ad fidem recuperabit uxorem, nisi ab eo esset per iudicium Ecclesie separata quo ad thorum et illa uellet religionem ingredi: 'de conuer(sione) coniug(atorum)' c(apitulo) fi(nale),[164] 'de diuor(tiis)' *De illa* [165] et c(apitulo) se(quenti) [166] in fi(nem).

Et scias quod si pagani qui secundum legem suam cum pluribus uxoribus contrahunt, et cum ipsis uxoribus conuertantur ad fidem, solam primam retinebunt. Idem si repudiata illa contraxerit cum alio, immo nec tunc sibi fornicationem opponere potest, secus si alias fuerit fornicata, e(odem) ti(tulo) *Gaudemus*.[167]

**<25>** VIS ex natura sua habet matrimonium dirimere cum ipsum, ut supra dixi, contrahatur solo consensu, et ubi est uis non est consensus: infra e(odem) *Cum locum*,[168] ergo nec matrimonium. Idem de furioso qui consentire non potest dummodo furore laborat, infra e(odem) ti(tulo) *Dilectus*.[169] Hinc est quod pena non interuenit in sponsalibus, que debent esse libera: infra e(odem) *Gemma*.[170] Inde est quod secure et honeste morari debent de quorum matrimonio queritur: infra e(odem) *Cum locum*.[171]

Distingue tamen inter uim et uim ut infra e(odem) *De muliere* [172] et 'de bap(tismis) et eius effec(tu)' *Maiores*.[173] Si enim talis fuit uiolentia uel metus qui cadit in constantem, siue fuerit maior siue minor ille cui infertur, non est matrimonium: 'de despon(satione) impube(rum)' *De illis* [174] et in c(apitulo) *Ex*

**[24]** [160] C.28 q.1 c.15 *Cave* [161] C.28 q.1 c.16 *Non oportet* [162] X 4.19.7 *Quanto* [163] nota 59 [164] X 3.32.20 *Mulier* [165] X 4.19.6 *De illa* [166] nota 162 [167] nota 163 **[25]** [168] X 4.1.14 *Cum locum* [169] X 4.1.24 *Dilectus* [170] X 4.1.29 *Gemma* [171] nota 168 [172] X 4.1.6 *De muliere* [173] X 3.42.3 *Maiores* [174] nota 77

Universidad Pontificia de Salamanca

*literis,*[175] 'de spon(salibus) et ma(trimoniis)' c(apitulo) *Veniens* ii.[176] Etiam si culpa sua inciderit in metum illum, ut ibi.[177] Et hoc uerum est nisi postea consenserit tacite uel expresse: infra e(odem) *Ad id* [178] et in predicto c(apitulo) *De illis* ii,[179] nisi consenserit etiam semel tantum in carnalem copulam: 'qui matri(monium) accu(sare) pos(sunt)' c(apitulo) *Insuper*.[180] Si autem talis fuit uis uel metus qui non caderet in constantem, tenet matrimonium: infra e(odem) *Consultationi* [181] et probatur hoc 'de eo qui dux(it) in ma(trimonium) quam poll(uit)' c(apitulo) ii.[182]

**<26>** ORDO sacer impedit et dirimit matrimonium: infra 'qui cle(rici) uel uo(uentes)' c(apitulis) i.[183] et ii.[184] Minor ordo non, ut ibi [185] et xxxii. <*sic* xxii.> Dis(tinctione) c(apitulo) *Seriatim*.[186]

**<27>** LIGAMEN. Scilicet: cum alligatus est uxori contrahendo cum secunda non tenet matrimonium. Hoc uerum cum prima fuerit sponsa de presenti siue in eis interuenerit iuramentum siue non. Non rumpuntur per sequentia sponsalia de presenti, etiam secuta carnali copula: 'de spon(sa) duo(rum)' [187] per totum. Nec ualet contraria consuetudo: e(odem) ti(tulo) c(apitulo) fi(nale),[188] sicut nec in matrimonio in gradu prohibito contracto: 'de consa(guinitate) et affi(nitate)' *Non debet*.[189]

Et ei qui sic contrahit cum alteri desponsata per uerba de presenti grauis penitentia imponitur: 'de spon(sa) duo(rum)' c(apitulo) ii.[190], siue fuerint sponsalia de futuro carnali copula subsecuta, quia sic transeunt <*sic* transiunt> in matrimonium: infra e(odem) ti(tulo) *Is qui*.[191] Secus si fuerit solus conatus sine copula: infra e(odem) c(apitulis) fi(nale).[192] Ligamen de futuro non dirimit sequens matrimonium, ut supra satis dictum est. Istud autem ligamen statim mortuo reliquo coniugum sublatum est. Vnde si mulier uiro mortuo statim alteri nubat, tenet matrimonium nec incurrit legalem infamiam: 'de se(cundis) nup(tiis) c(apitulis) penult(imo) [193] et ult(imo).[194]

Si tamen uir est absens, non debet mulier contrahere nisi certificata prius fuerit de morte uiri: infra e(odem) <*In*> *presentia*,[195] 'de se(cundis) nup(tiis)' c(apitulo) ii.[196] Et si contraxerit, reddat debitum sed non exigat. Et si postea constaret de uita prioris uiri, statim recedat a secundo et redeat ad primum, ut ibi [197] et xxxiiii. q(uestione) ii. *Cum per bellicam*.[198]

[175] nota 11 [176] X 4.1.15 *Veniens* [2] [177] notae 172-176 [178] X 4.1.21 *Ad id quod* [179] nota 174 [180] X 4.18.4 *Insuper* [181] X 4.1.28 *Consultationi* [182] nota 152 **[26]** [183] X 4.6.1 *De diacono* [184] X 4.6.2 *Ex literarum* [185] nota 178 [186] D.32 c.14 *Seriatim* **[27]** [187] X 4.4 *De sponsa duorum* [188] X 4.4.5 *Tuas dudum* [189] nota 136 [190] X 4.4.2 *Accepisti* [191] nota 48 [192] X 4.1.32 *Adolescens* [193] X 4.21.4 *Super illa* [194] X 4.21.5 *Cum secundum* [195] X 4.1.19 *In praesentia* [196] X 4.21.2 *Dominus* [197] notae 195-196 [198] C.34 q.2 c.1 *Cum per bellicam*

Universidad Pontificia de Salamanca

Secundas etiam nuptias uel ulteriores contrahere peccatum non est, nam Dominus etiam septimum uirum non damnauit: xxxi. q(uestione) i. *Quod si dormierit*,[199] tamen benedicende non sunt quia, cum semel sunt benedicte, non debet benedictio reiterari: 'de se(cundis) nup(tiis)' c(apitulis) i.[200] et iii.[201] Et qui benedixerit a beneficio et officio est suspensus, ut ibi.[202]

**<28>** HONESTAS siue publice honestatis iustitia dirimit matrimonium: infra e(odem) *Sponsam*,[203] 'de despon(satione) impube(rum)' *Literas* [204] et c(apitulo) *Duo pueri*,[205] et 'qui fil(ii) sunt legit(imi)' *Referente*.[206] Ista autem honestas est quod sponsam etiam de futuro alter de consanguinitate sponsi habere non potest nec e conuerso, ut ibi.[207] Et insurgit publica honestas etiam de sponsalibus que sunt nulla, puta contractis inter consanguineos: infra e(odem) *Ad audientiam*.[208] Hoc uerum <*sic* uera> dummodo sponsalia non sunt nulla ratione consensus, puta inter minores septemnio, et sint pura et certa: infra e(odem) c(apitulo) uno Li(bro) VI.[209] Et dirimit hec honestas matrimonium sequens, non autem precedens, ut ibi.[210] Hodie remota est illa publica honestas que habebat olim quod soboles suscepta ex secundis nuptiis non copularetur consanguineis prioris uiri: 'de consang(uinitate) et affi(nitate)' *Non debet*.[211]

**<29>** SI SIS AFFINIS. Affinitas est quedam personarum proximitas proueniens ex coitu et habet hodie prohibitionem in primo genere tantum. Vnde in ii. et iii. genere olim non contrahebatur, hodie licite contrahitur: 'de consang(uinitate) et affi(nitate)' *Non debet*.[212] Extenditur autem hec dirimens prohibitio primi generis usque ad quartum gradum et non ultra, ut ibi.[213] Dispensauit tamen Papa, 'de diuor(tiis) c(apitulo) fi(nale) in prin(cipio),[214] in primo gradu affinitatis ut de nouo conuersi, qui secundum Legem Veterem contraxerunt cum relictis fratrum ut fratri sobolem suscitarent, non separentur <*sic* seperentur>. Vlterius autem non sic contrahant.

Et est sciendum quod consanguinei uiri non sunt affines consanguineis uxoris nec e conuerso, sed solum maritus est affinis consanguineis uxoris et e conuerso. Vnde pater, meus frater et alii consanguinei mei bene contrahunt cum consanguineis uxoris mee: 'de consang(uinitate) et affi(nitate)' *Quod super*.[215] Abstinere autem uir debet a consanguineis uxoris ut a propriis:

[199] C.31 q.1 c.13 *Quod si dormierit* [200] X 4.21.1 *Capellanum* [201] X 4.21.3 *Vir autem* [202] nota 200 **[28]** [203] nota 19 [204] nota 13 [205] X 4.2.12 *Duo pueri* [206] nota 85 [207] notae 203-206 [208] X 4.1.4 *Ad audientiam* [209] nota 8 [210] nota 209 [211] nota 136 **[29]** [212] nota 211 [213] nota 211 [214] X 4.19.9 *Deus qui* [215] X 4.14.5 *Quod super his*

Universidad Pontificia de Salamanca

e(odem) tit(ulo) c(apitulo) i.[216] Hec uerba de affinitate que precedit matrimonium, si autem sequitur non rumpit matrimonium uel sponsalia de presenti: 'de eo qui cog(nouit) consang(uineam) uxo(ris) sue' c(apitulo) i.[217], c(apitulo) *Discretionem* <sic *Discretioni*>,[218] c(apitulo) *Tue* [219] et c(apitulo) fi(nale).[220]

Induci enim debent tales coniuges ad continentiam si possunt. Incestuosus non exigat sed reddat exactus: eo(dem) ti(tulo) *Transmisse* [221] et c(apitulo) *Tue*.[222] Affinitas etiam contrahitur per incestuosum coitum, ut ibi.[223] Nec separatur matrimonium ad dictum unius qui dicit affinitatem precessisse matrimonium: e(odem) ti(tulo) *De illo*.[224] Nec ad confessionem ipsorum coniugum cum rumore: e(odem) ti(tulo) *Super eo*.[225] In iudicio tamen anime monetur ut ab illa abstineat uel ambo contineant: eo(dem) ti(tulo) c(apitulo) *Veniens* ii.[226] Impeditur tamen per hoc contrahendum, infra eo(dem) c(apitulo) *Preterea* ii.[227], monendo non prohibendo: infra eo(dem) c(apitulo) <*Cum*> *in tua*.[228] Sponsalia etiam de futuro bene rumpit superueniens affinitas, ut supra dixi.[229]

**<30>** VEL SI COIRE NEQVIBIS. Sciendum quod frigiditas perpetua uel sectio in uiro uel arctatio in muliere preueniens matrimonium dirimit illud si probari potest: 'de fri(gidis) et male(ficiatis)' c(apitulis) i.[230], ii.[231] et iii.[232] Possunt tamen tales inuicem remanere non ut uir et uxor sed ut frater et soror: e(odem) ti(tulo) c(apitulis) iiii.[233] et se(quenti).[234] Et si aliqua uera signa frigiditatis non apparent, cohabitent simul per trienum tunc, demum si cum septima manu propinquorum iurauerint et simul opera data non potuisse coire, separari debebunt. Et qui non erat frigidus licite contrahet.

Tamen si is qui dicebatur frigidus cum alia contraxerit, restaurabuntur priora coniugia: e(odem) ti(tulo) *Laudabilem*.[235] Idem in maleficiato quo ad cohabitationem et iuramentum: e(odem) ti(tulo) c(apitulo) fi(nale).[236] Sed in hoc differunt quia eodem modo soluto matrimonio uterque contrahit, quia maleficium potest esse perpetuum cum una et non cum alia: xxxiii. q(uestione) i. *Si per sortiarias*.[237] Et nota quod si propter arctationem mulieris separatur matrimonium et postea absque graui periculo reddatur apta uiro, cum appareat Ecclesiam deceptam, restaurabitur matrimonium: e(odem) ti(tulo) *Fraternitatis*.[238]

[216] X 4.14.1 *Ex literis* [217] X 4.13.1 *Si quis* [218] X 4.13.6 *Discretionem* [219] X 4.13.10 *Tuae fraternitatis* [220] X 4.13.11 *Iordanae* [221] nota 147 [222] nota 219 [223] notae 219, 221 [224] X 4.13.3 *De illo* [225] X 4.13.5 *Super eo* [226] X 4.13.9 *Veniens* [227] nota 21 [228] nota 40 [229] notae 37-38: *Summa* QD I.9 'casus sextus' **[30]** [230] X 4.15.1 *Accepisti* [231] X 4.15.2 *Quod sedem* [232] X 4.15.3 *Ex literis* [233] X 4.15.4 *Consultationi* [234] X 4.15.5 *Laudabilem* [235] nota 234 [236] nota 60 [237] C.33 q.1 c.4 *Si per sortiarias* [238] X 4.15.6 *Fraternitatis*

Universidad Pontificia de Salamanca

**<31>** In his ergo xii. casibus uel uerius xvii. secundum ea que supra dixi impeditur et dirimitur matrimonium. Sunt tamen quidam qui impediunt sed non dirimunt sicut tempus feriarum: xxxiii. q(uestione) iiii. *Non oportet* [239] et 'de fer(iis)' c(apitulo) penult(imo) [240] et 'de matri(monio) contrac(to) contra interdic(tum) Ec(clesie)' [241] per totum. Imponitur tamen penitentia illud frangenti, ut ibi.[242]

Propter fornicationem etiam spiritualem uel carnalem bene separatur matrimonium quo ad thorum tantum quia remanent coniuges etiam separati: 'de diuor(tiis)' c(apitulo) ii.[243] Et nota quod adulterium notorium obstat petenti restitutionem coniugis et, si uterque adulteratus est, fit recompensatio: e(odem) ti(tulo) *Significasti*.[244] Et si post separationem propter adulterium alterius factam alter fornicetur, reintegratur matrimonium: e(odem) ti(tulo) *Ex literis*.[245]

### <7.> QVI ADMITTVNTVR AD IMPEDIENDVM MATRIMONIVM

**<32>** Cum supradictis impedimentis matrimonium impeditur, legitimi debent esse accusatores et testes. Vnde repellitur qui propter turpem questum matrimonium accusat: 'qui matri(monium) accu(sare) possunt' *Significante*.[246] Et in causa matrimoniali proceditur contra contumacem lite non contestata ad receptionem testium et diffinitiuam sententiam: 'qui matri(monium) acc(usare) possunt' c(apitulo) i.[247], 'qui filii sunt legit(imi)' *Perlatum*.[248] Absens autem per literas matrimonium accusare non potest uel contra ipsum testificari: 'qui matri(monium) acc(usare) possunt' *A nobis*.[249] Ad probandum autem consanguinitatem uel affinitatem admittuntur testes parentes et consanguinei potius quam alii, quia melius presumuntur scire suam genealogiam: e(odem) ti(tulo) *Videtur*.[250] Et fama deferente impedimentum episcopus potest de eo inquirere et, si impedimenta uera reperit, matrimonia separaretur: 'de diuor(tiis)' *Porro*.[251] Absque tamen iudicio Ecclesie coniux non potest coniugem dimittere, etiam si parentela sit notoria, et si dimiserit statim fiet restitutio, ut ibi.[252]

**[31]** [239] C.33 q.4 c.7 *Non oportet* [240] X 2.9.4 *Capellanum* [241] X 4.16 *De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae* [242] notae 239-241 [243] nota 43 [244] X 4.19.4 *Significasti* [245] X 4.19.5 *Ex literis* **[32]** [246] X 4.18.5 *Significante* [247] nota 124 [248] nota 82 [249] X 4.18.2 *A nobis* [250] X 4.18.3 *Videtur nobis* [251] X 4.19.3 *Porro* [252] nota 251

Universidad Pontificia de Salamanca

**<8.>** QVE ET QVOT SVNT BONA MATRIMONII

**<33>** Tria sunt bona coniugii saltem specie, scilicet fides, proles et sacramentum. Fides, quia nullum adulterium, ut supra dixi.[253] Sacramentum, quia nullum diuortium. Proles, quia per coniuges uitari non debet: 'de condi(tionibus) appo(sitis)' c(apitulo) fi(nale).[254] Si peccetur in primum bonum et fieret diuortium uel separatio propter adulterium, uxor perdit dotem nisi fuerit uiro reconciliata. Si propter adulterium uiri, ipse perdit donationem propter nuptias nisi reconcilietur uxori: 'de do(nationibus) inter ui(rum) et uxo(rem)' c(apitulo) *Plerumque*.[255] Si propter aliud impedimentum puta consanguinitatis uel affinitatis ignoranter contraxerunt, recuperat mulier dotem et cetera bona sua, et uir donationem propter nuptias: e(odem) ti(tulo) c(apitulis) i.[256], ii.[257] et iii.[258] Si scienter, perdit quod alteri dedit et applicatur fisco nisi propter bonum pacis alteri restituatur <*sic* restatuatur>, scilicet quod uterque recuperet quod dedit: e(odem) ti(tulo) *Et si necesse*.[259]

Et scias quod si iudici committitur causa matrimonii que committenda est solum habentibus potestatem et scientiam, 'de consang(uinitate) et affi(nitate)' c(apitulo) i.[260], sibi etiam intelligitur commissa causa dotis: e(odem) ti(tulo) c(apitulo) iii.[261] Licet multus fauor debeatur in dotibus mulieribus et donationibus propter nuptias, non tamen tantus quod propter hoc alii grauentur. Vnde cui data est res possidenda ad tempus uel sub conditione reuocatoria, eam uxori concedendo in donationem propter nuptias cum pacto de ipsa lucranda, nil plus iuris transfert in ipsam quam ipsa habet, nisi is ad quem res pertinet consentiret: e(odem) tit(ulo) *Nuper*.[262] Sed proprie uir dat uxori donationem propter nuptias et uxor uiro, ut ibi [263] in fi(nem). Et scias quod si uir uergit ad inopiam male utendo re sua, debet de dote cautionem quam potest prestare, secus si sit pauper et non dissipat: e(odem) ti(tulo) *Per uestras*.[264] Et sciendum quod donatio facta inter uirum et uxorem durante matrimonio, ex qua alter locupletior alter pauperior factus est, non tenet, tamen confirmetur morte donatoris et reuocatur premoriente donatario et euanescit si alias reuocetur tacite uel expresse. Soluto matrimonio dos ad mulierem, donatio propter nuptias ad uirum, reuertatur nisi aliud de consuetudine uel pacto, quod est equale, inducatur: e(odem) ti(tulo) c(apitulo) fi(nale).[265]

De tertio autem bono scilicet prolis scias quod in tantum est fauorabile ipsum matrimonium quod legitimat filium precedentem: 'qui filii sunt legit(imi)' c(apitulo) i.[266] Hoc uerum si conceptionis ipsius tempore erat

**[33]** [253] notae 152-159 : *Summa* QD II.23 'crimen' [254] nota 105 [255] X 4.20.4 *Plerumque* [256] X 4.20.1 *Mulieres* [257] X 4.20.2 *Significavit* [258] X 4.20.3 *De prudentia* [259] X 4.20.5 *Etsi* [260] nota 216 [261] nota 258 [262] X 4.20.6 *Nuper* [263] nota 262 [264] X 4.20.7 *Per vestras* [265] X 4.20.8 *Donatio* [266] X 4.17.1 *Conquestus*

Universidad Pontificia de Salamanca

solutus ita quod tunc poterat esse matrimonium: e(odem) ti(tulo) *Tanta*,[267] alias secus: e(odem) ti(tulo) c(apitulo) i.[268] Et tales filii proprie legitimati dicuntur sicut illegitimi dicuntur legitimati quos Papa legitimat, quod potest quo ad spiritualia et temporalia, presertim ubi Papa utramque obtinet potestatem: e(odem) ti(tulo) *Per uenerabilem*.[269]

Et scias quod, licet aliqua putaretur concubina, si probetur uxor, proles inde nata legitima est: e(odem) ti(tulo) *Per tuas*.[270] Et si petenti hereditatem obiiciatur de illegitimitate, tractabitur de hac causa coram iudice ecclesiastico: e(odem) ti(tulo) *Lator* [271] et c(apitulo) *Causam* ii.[272] Si parentes negant aliquem filium, creditur uerbo eorum nisi probetur contrarium: eo(dem) ti(tulo) *Transmisse*.[273]

<EPILOGVS>

**<34>** Vltimo sciendum quod edictum de matrimonio permissorium est uel prohibitorium certarum personarum. Hinc est quod quilibet contrahere potest qui non prohibetur: infra e(odem) ti(tulo) *Cum apud*.[274] Et contrahere cum meretrice que uult desistere meretricari opus est pietatis: infra e(odem) *Inter opera* [275] et xxxii. q(uestione) i. *Non est culpandus*.[276]

**<35>** Hec breuiter in summa quarti libri dixisse sufficiant. Nec erit inuenire casum in hac summa non comprehensum duobus exceptis qui ad hanc materiam non faciunt, scilicet 'de condi(tionibus) appositis' c(apitulis) ii. [277] et iiii.[278] Faciunt enim ad secundam partem rubrice et non ad propositum, unde quid dicunt uide per te et cetera. Laus Deo trino et uno.

Carlos Larrainzar
Universidad de La Laguna

[267] X 4.17.6 *Tanta* [268] nota 266 [269] X 4.17.13 *Per venerabilem* [270] X 4.17.12 *Per tuas* [271] X 4.17.5 *Lator praesentium* [272] X 4.17.7 *Causam quae* [273] X 4.17.3 *Transmissae* **[34]** [274] nota 74 [275] X 4.1.20 *Inter opera* [276] C.32 q.1 c.14 *Non est culpandus* **[35]** [277] X 4.5.2 *Cum sit proprium* [278] X 4.5.4 *Verum*

Universidad Pontificia de Salamanca